



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Jncipit pectorale dominice passionis siue diuini amoris.
Quia salus vita [et] rede[m]ptio generis humani i[n]
passione d[omi]ni co[n]sistit ...**

[Aalst oder Antwerpen], 1486

Jncipit pectorale dominice passionis siue diuini amoris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30803

Societatis Jesu Paderborne. Ex Donatione R. D.
Sebastiani Schuller. 1598.

Incipit pectorale dominice passionis siue diuini amoris.

Quia salus vita et redemptio generis humani in passione
domini consistit: de qua plurimi deuote ruminauerunt: et pos-
tea optimis sermonibus nonnulla ad populi inflammationem
crucitauerunt. Opto ego pauperulus: de ordine fratrum
minorum munus: etiam duo minuta in gazophilatium domini mei offerre
et domini nostri acerbissimam passionem qualicumque stilo perstringere: potius
ad mee tarditatis expulsionem: quam ad aliorum eruditionem. Utinam igitur
bonae ihesu precordia mea calefascant: et tali musto diuini amoris
inebriantur: quatenus semoto torpore gratia de tanta passione inueniantur:
ut post huius vite erupnas celestis regni adipisci merear delicias:
tanto uerbis: quanto fortius tribulationis effectus fuero habundantius.
Ad crucem itaque fidei mente propero: etsi arido corde accedo:
unigeniti filii dei sanguine irroratus: aliquantulum inflamma-
bor. Et thema ex exodo capitulo nono mihi assumo.

Thema.

Quoniam egressus fuero de
urbem: extendam palmas meas ad dominum: et cessa-
bit tonitruum: et grando non erit: ut scias quia
dominus est terra. Verba sunt moysi typum gerentis christi
sub sensu allegorico triplici utique ratione. **P**rimo
ratione originis. Quia sicut moyses ex iudeis ortus
est: sic et christus de uirgine iudea secundum carnem natus est. **U**nus iohannis 4.
Salus ex iudeis est. **S**ecundo ratione nominis interpretatur enim moyses
aqueus: uel de aqua assumptus. que quidem interpretatio optime congruit
christo. Habuit nempe aquam triplicem. **P**rimo aquam eruditionis in predi-
catione. **U**nus iohannis 4. Dixit mulieri samaritane. Qui biberit ex
aqua quam ego dabo: fiet in eo fons aque salientis in uitam eternam.
Secundo aquam habuit compassiois in sua conuersatione: sicut collige-
re possumus iohannis xi. in lazari suscitatione. **I**bi lacrimaturus est ihesus.
Et dicendo ciuitati iherosolymam. Quia si cognouisses et tu supple me
cum feres. **T**ertio aquam redemptionis habuit in passione: quia ut dicitur
iohannis xix. **U**nus militum lancea latus eius aperuit: et continuo exiit
sanguis et aqua. **T**ertio ratione mansuetudinis. **U**nus numeri xxi.
Erat moyses uir mitissimus super omnes homines qui morabantur in terra.